

Werk

Titel: Zur mittellateinischen Spruchdichtung

Autor: Werner, Jakob

Ort: Erlangen

Jahr: 1909

PURL: https://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?345572629_0026|log11

Kontakt/Contact

[Digizeitschriften e.V.](#)
SUB Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen

✉ info@digizeitschriften.de

Zur mittellateinischen Spruchdichtung.

Von
Jakob Werner.

Durch eine Reihe wichtiger Publikationen, die z. T. in dieser Zeitschrift (III 281—314: Florilegium Gottingense; III 633—641: Proverbia Rustici; VI 557—574: Das Florileg von S. Omer) erschienen sind, hat Ernst Voigt die Kenntnis der Spruchweisheit des Mittelalters in hervorragendem Masse gefördert, dass kaum noch grössere unbekanntere Sammlungen dieser Art zum Vorschein kommen können. Bei genauerem Durcharbeiten der Handschriftensammlungen werden sich vielleicht hier oder da noch unbedeutende Nachträge ergeben, die aber kaum das Bild dieses Zweiges der mittelalterlichen Dichtkunst verändern werden, das durch die Leistungen Voigts geschaffen worden ist.

Als eine kleine Ergänzung des Materials ist die Veröffentlichung der beiden fragmentarischen Sammlungen zu betrachten, die in der Hs. D. IV. 4. der Basler Universitätsbibliothek sich finden. Bei dem fast gänzlichen Mangel an Hilfsmitteln, die Voigt (Egberts v. Lüttich fecunda ratis. 1889. S. LXVI), Karl Kneuer (Die Sprichwörter Hendings; Leipziger Diss. 1901. S. I—III), Erich Fehse (Rom. Forsch. XIX 546) u. a. zu Gebote standen, musste ich darauf verzichten reiche Parallelstellen zu den hier mitgeteilten biblischen Sentenzen und volkstümlichen Sprüchen zusammenzustellen oder nachzuweisen, zu welcher grösseren Sammlung diese Bruchstücke gehören.

A.

Am Schluss des von fol. 69—80 gebildeten Heftes, das gegen das Ende des 13. Jh. (doch vor 1291) wahrscheinlich in Basel geschrieben wurde, stehen 107 meist durch § in Ein- und Zweizeiler getrennte Verse (fol. 80^{rII42}—80^{vII49}):

1. Ve qui predaris! restat, quod idem paciatis:
Si predo fueris, preda futurus eris.

No. 1. Nach Isaia 33,1: Vae qui praedaris, nonne et ipse praedaberis?
Ecbasis captivi (hg. v. Voigt) 1167:
Ve qui predaris, quoniam predaberis ipse.

x nicht in Bore in Lector. Satim v. 1318
er nicht!

2. Qua mensus fueris, mensuram ferre iuberis.
3. Obsunt mittenti missi dispendia lenti.
4. Quando peccatur, peccantem pena sequatur; 5
Huic infligatur, non ultra progrediatur.
5. Si causam dederis dampnis, dare dampna videris;
Et quantum poteris, ad restituenda teneris. fol. 81^{vr}.
6. Spe mihi sublata, quod non redeant iterata
Dona, minus grata suspicor esse data. 10
7. Christus cum Sathana non convenit: iste prophana
Vult et mundana, deus hec odit quasi vana.
8. Res proprias dona suscepturus meliora;
9. Da! tibi reddetur; dans donis dignus habetur.
10. Ditari meruit, qui bona distribuit. 15
11. Cui bonus ignis erit, ipsum digito sibi querit.
12. Nulla fedatum macula reor esse beatum.
13. Fletus laudatur, cum mens a sorde lavatur;
Frustra ploratur, nisi peccatum fugiatur.
14. Nec sompnolentis prosunt documenta docentis, 20
Nec stulte mentis homini verbum sapientis.
15. Vis servare fidem: non repetas bis idem.
16. Astuti magis esse solent nati tenebrarum
Quam lucis; sic fetor eos corrumpit earum.
17. Vir prodest sine re, res nichil absque viro. 25
18. Quem non natura castrat, sed gratia pura,
Eunuchi cura placet estque deo placitura.
19. Solvere, si fueris solvendo, rapta teneris;
Sed si non poteris reddere, tutus eris.

No. 2. Ev. Matth. 7,2: in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis.

No. 9. Vgl. Diligit et servat hylarem deus ipse datorem,
Et quo plus prestat, plura ministrat ei.

No. 11. Vgl. Zacher Zs. f. d. A. XI p. 142 No. 253: Qui mester a dou feu,
a son doit le querre.

No. 12. Cato IV 46,1: Felices obeunt, quorum sine crimine vita est.

No. 15. Cato II 20: Nolito quaedam referenti credere saepe:

Exigua est tribuenda fides, qui multa locuntur.

20. Eius iners vita, quamvis sint verba polita. 30
Si vivat peius, sermo contempnitur eius.
21. Aurem prebere plus approbo, quam reticere,
Quam vocis temere dispendia nulla cavere.
22. Dum datur, augetur sapientia; dum retinetur 35
Fit minor: ut detur, accrescens ipsa meretur.
23. Si careas caris, tristaris; non cruciaris,
Quando privaris hiis, que nichil adpreciaris.
24. Non ex tormentis, sed firme robore mentis,
Et pro qua pateris, ex causa martyr haberis.
25. Si quemcumque feris, certus sis quod ferieris: 40
Vulnera si dederis alii, tibi vulnera queris.
26. Verbis facundi labor attenuatur eundi.
Qui cum facundo graditur, portatur eundo.
27. Non est, ut legi, subiecta coactio legi: 45
Subiectus legi non est, quemcumque coegi.
28. Est mutatum superum, tantum cognoscere verum:
In nullo cadere memorando cuncta tenere.
29. Causas civiles tu Christi respue miles!
30. Egris lex posita non est, nisi sospite vita;
Privata traheris, alia non lege teneris. 50
31. Non tibi carnalis sensus sed spiritualis
Imperet, unde malis virtute resistere malis.

V. 30: iners. V. 46: cognere; ob cogere?

No. 22. Vgl. Denkmäler³ XXVII 23:

Census dando perit, dando sapientia crescit.

Arnulf, Delicie cleri 167 f.: Quam committo mihi, valeat sapientia soli;

Quo magis expendo, predives eo magis exsto.

Als Quelle weist E. Voigt Rom. Forsch. III 462 Isidor Synon. II 14 nach:

Sapientia dando largior fit, retinendo minoratur.

No. 28. Unverständlich.

No. 29. Othloh (Patrol. Lat. Migne 146, 131):

Magna quies animi vitare negotia mundi.

No. 30. Vgl. Zacher Zs. f. d. A. XI p. 129 Nr. 38: Besoing ne garde loi

32. Nescia dona more gemino sunt digna favore.
 Bis dat, qui cito dat: non ergo datum mora rodat.
 Est festinatum munus, quasi sit geminatum. 55
33. Laciore oceano dilectio vera videtur.
34. In sene te puerum fac, in pueroque severum! fol. 80^{vii}.
 Exigit et rerum fortuna statusque dierum.
35. Jugiter ardescit divinus amor, quia nescit
 Otia, sed crescit semper numquamque senescit. 60
36. Etas longa nimis annis fit consona primis:
 Annorum centum puerum reputo maledictum.
37. Mens bona, te culpa, quamvis non sit tibi culpa:
 Tunc deles culpas, cum te sine crimine culpas.
38. Si culpam reputes, si peccator tibi putes, 65
 Offensas aboles, cum cecidisse doles.
39. Sub iuramento promissa tenere memento:
 Et revoces licite, que sunt contraria vite.
40. Peccatum regitur, cum bene detegitur. 70
41. Lesus fortuna non tantum leditur una:
 Sors mala sive bona geminare solet sua dona.
42. A quo diligitur dominus canis, in cane scitur.

V. 55: gemitatum. V. 58: ut. V. 61: ninis. V. 62: perum.

No. 32. S. Rom. Forsch. III, 427; Dicta philosophorum;
 Socrates: Qui dat, priusquam petatur,
 eius donum duplicatur.

Vgl. auch: Denigrat meritum dantis mora, sumptaque raptim
 Munera plus laudis plusque favoris habent.
 Bis dat, qui cito dat, et deflorans mora munus
 Tollendo meritum destruit omne datum.
 Ergo favoralis ut munus gratia ditet,
 Tolle moras! dando lentus adesse cave!

No. 38. Arnulf Delicie cleri 155 f.: Sordibus explosis converti ne prigriteris;
 Non nisi conversis miseratio salvificantis.

No. 41. Zs. f. d. A. XI p. 120 No. 51: Quant avient n avient sole; s. Rom.
 Forsch. XIX 575 f.; vgl. Voigt zu Egberts Fec. ratis I 759.

No. 42. Bibl. de l'éc. d. ch. 34 p. 45:

Cui dominus carus, non ille cani fit amarus.

Zs. f. d. A. XI. 120 No. 45: Qui m' eime e mun chien.

43. Sedatur ventus modica pluvia violentus.
44. Culpari poterit, bona qui videt et mala querit. 75
45. Singula matura ponas inter duo dura.
46. Cum sis egressus a recto tramite, gressus
Non est perversus tibi, si sis inde reversus.
47. Mel mihi dulce parum, nisi cum precessit amarum.
48. Festinum se fert, qui tristia nuntia defert. 80
49. Multociens tardat sors, ori que coclear dat.
Sepe retardantur, que iam quasi facta putantur.
50. Si quid amas plus te, sicies in flumine iuste.
51. Se locat in melius, qui sedet inferius.
52. Mors inopina bonis sopor est finisque laboris. 85
53. Consors es sceleris, ea si reprobare vereris,
Que culpanda notes, cum prohibere potes.
54. Claudit eques stabulum, cum latro cepit equum,
55. Virtutum metas excedit quelibet etas.

V. 66: natura. V. 81: q̄ zu q̄, corr. V. 84: Si durch übergeschr. e
corr. V. 86: ē = est.

- No. 43. Zs. f. d. A. XI. p. 133 No. 169: Petite pluie abat gran vent.
R. Forsch. VI p. 563 No. 99:
Grandis abit flatus modica pluvia superatus.
Ibid. III p. 637 No. 35 = VI p. 565 No. 143:
Maximus est flatus modica pluvia superatus.
- No. 45. Zs. f. d. A. XI 131 No. 148: Entre deux vert la terce meure.
R. Forsch. III p. 634 No. 6: Tercia matura fit res inter duo dura.
- No. 46. Vgl. Wipo tetral. 315: Qui cadit et surgit, spes est ut vivere possit;
s. Voigt zu Egberts Fec. ratis I 252.
- No. 47. Egbert Fec. ratis. I. 451: Non prodest adeo tibi mel multum comedenti.
- No. 48. Bibl. de l'éc. des ch. 34, 41: Trop tot vient, qui males noveles aporte.
Legatus celer it, qui mala verba gerit.
Ille venit cito, qui vult mala verba loqui.
Egbert Fec. ratis I 763: Nuntius iste volat tot flatibus ocior Euri.
- No. 49. Zs. f. d. A. XI 134 n. 177: entre boche e cuiler vent sovent encumbrer.
Egbert Fec. ratis I 208: De cocleare cadit, quod hianti porrigis ori.
- No. 50. Zs. f. d. A. XI. 117 n. 25:
Qui plus aime autre ke soi, au moulin meurt da sei.
Rom. Forsch. III 287 Gott. n. 58:
Si plus diligitis alium quam vos, peregrinum
ante molendinum vos premat arta sitis.
- No. 54. S. Rom. Forsch. III. p. 454. n. 304.

56. Mobilis ut ventus est religiosa iuventus, 90
 Sepeque degenerat, qui generosus erat.
57. Que scio ventura, non sunt adeo nocitura:
 Tela minus feriunt, cognita que veniunt.
58. Res est iocunda paupertas, nec verecunda,
 Nec mala monstratur, si lete suscipiatur. 95
59. Pluribus impensus minor est ad singula sensus.
60. Offensus fratri dimitte, places ita patri:
 Nam si dimittis, fiet tibi gratia mitis.
61. Quamlibet obscenum fiat tempus vel amenum,
 Peior, ut affirmo, pes ligneus est pede firmo. 100
62. Congaudet simile simili, vili quoque vile,
 Et carum caro: non gaudet avarus avaro.
63. Aspera si loqueris, verbis duris ferieris.
 Quod non vult audit, qui quod vult dicere vadit.

V. 96: est fehlt. V. 100: liguens (= linquens?).

- No. 57. Columban (Poetae Lat. min. Bæhrens III 241 v. 17):
 Premeditata quidem levius sufferre valebunt.
 Othloh: Mors mala vincetur, si iugiter ante timetur.
 Bibl. de l'éc. des ch. 34 p. 42: Jacula previsa minus ledunt.
 Vitantur magis a personis spicula visa.
 Vitantur melius spicula visa prius.
- No. 59. Denkmäler³ XXVII 165:
 Pluribus intentus minor est ad singula sensus = Othloh.
 Egbert Fec. ratis I 44: In diversa vagi fiunt per singula tardi.
- No. 62. Sirach 13, 20: omnis homo simili sui sociabitur.
 Arnulfus delicie cleri 340: Consimilis simili consuevit consociari.
 Guiardinus: Nam similis similem querit habere parem,
 Mundus amat mundam; nitidam nitidissimus optat.
 Zu 62,2 vgl. Wipo prov. 38: Omnis avarus nulli est carus.
- No. 63. Zeitschr. f. d. A. XI 132 n. 163: Qui folie dit, folie doit oir.
 Anthol. Latina, Riese 716,10 = Denkmäler³ XXVII. 16 = Poetae
 Lat. min. Bæhrens III p. 237 v. 10 = Ecbasis 746:
 Audit quod non vult, qui pergit dicere quod vult;
 schon dem classischen Altertum geläufig: Alcaeus fr. 82 (Poetae lyr.
 Graeci, Bergk⁴ III 177): Αἰκ' εἴπης, τὰ θέλεις, (αὐτὸς) ἀκόνοσαις κε, τὰ
 κ'οὐ θέλεις; Hesiod. Op. 719: εἰ δὲ κακὸν εἴπης, τὰχα κ'αὐτὸς μείζον
 ἀκόνοσαις; Ter. Andria V 4,17 (920): Si mi hi pergit quae vult di-
 cere, quae non vult audiet; Plaut. Pseudol. IV 7,77 (920): contumeliam
 si dicis audies; Petr. Damiani Migne Patrolog. Lat. 145 p. 868 No. CCII:

64. Ignorat plenus, quid agat vel querat egenus. 105
 Non novit crassus, quid habet ieiunia passus.
 65. Paucis contentus vivit reputans breve tempus.

B.

Fol. 81. Fragment, vielleicht etwas jünger als A, einzelnes Blatt mit 2 Kolonnen zu 41 Zeilen.

1. Vite presentis finemque sui morientis.
2. Christo gratior es potiusque mereris honores,
 Si missis pares, quam si sibi sacrificares.
3. Dum tenet ablatum, non purgat predo reatum;
 Qui non purgatur, nisi raptum restituatur. 5
4. Prudentis monita virtus sunt, gratia, vita,
 Fons indeficiens: his caret insipiens.
5. Sicut sordescit aurum splendereque nescit
 Ens in nare suis, sic decor in fatuis.
6. Nutritor scorti perdens impendia, sorti 10
 Addictus misere nec res nec se scit habere.
7. Sompnus, qui pleno gravis est, fit dulcis egeno;
 In locuplete gravis sopor est, in paupere suavis.
8. Multum sive parum comedat, nil sentit amarum.
9. Bachus cum Venere faciunt nos corde carere: 15
 Enervant miserum cor Venus atque merum.

V. 107: Dass die Sammlung noch weiter ging ist kaum anzunehmen; einzelne Buchstaben des letzten Verses sind nach unten etwas verschnörkelt.

V. 1: Wieviel Verse voraufgingen ist unbestimmt, da nur dieses eine Blatt vorhanden ist. V. 2: honous zu honores corr. V. 6: monica.

Qui dicit quod vult, audit quod non vult;
 Qui quod vult dicit, quod non vult saepius audit;
 Qui quod amat loquitur, quod odit perfere meretur.

No. 64. Rom. Forsch. III. 634 Prov. Rustici 5 = V 564 St. Omer 115:

Ignorat plenus, quam vitam ducat egenus.

Denkmäler² XXVII. 138: Non vult scire satur, quid ieiunus paciatur.

Rom. F. III 291 Göt. n. 93:

Cum sis ipse satur, quicumque famem patiatur,
 Non multum cura — sic sunt claustralia iura.

No. 5. Nach Prov. XI. 22:

Circulus (aureus) in naribus suis, mulier pulchra et fatua.

No. 6. Prov. 29, 2: Qui autem nutrit scorta, perdet substantiam.

No. 7. Arnulf Delicie cleri 593 f.: Seu plenus seu sit vacuus, dormitat egenus;

Divitis opletis vix possunt lumina claudi.

10. Muris, serpentis, flamme dispendia sentis,
Cum dant hospicium pera, sinus, gremium.
11. In testamentis tenet extremum morientis
Judicium, tutumque suum decet esse statutum. 20
12. Exaltat dominus humiles reprimique superbos.
13. Cum te submittis, tunc in sublimia mittis,
Et cum descendis, tunc ad fastigia tendis.
14. Corruptunt mores sermones deteriores:
Ignavi tales faciunt plerumque sodales. 25
15. Ostia fac auri: nec aquam cum qualibet hauri!
Nec cunctis credas, nec habe cum quolibet escas!
16. Prudens efficeris, dominum si corde vereris;
Eius custodi mandata! quod oderit, odi!
17. Qui manet in Christo, Christus quoque vivit in isto, 30
Qui sibi coniungit, quos spiritus almus inungit.
18. Se morti subicit, quisquis mendacia dicit.
Iuste morte perit, qui lingua fallere querit.
19. Et bona dampno sunt tibi sepius et mala prosunt.
20. Virtus nulla datur, ubi blanda Venus dominatur: 35
Si Venerem sequeris, absque dolore peris.
21. Si celos tangit caput eius, quem timor angit,
Talia ne cura: cito laus brevis est ruitura.
22. Quando redduntur aliis sua, nec minuuntur
Ecclesie iura, ius cuique suum dare cura! 40
23. Metitur verum finem prudentia rerum; fol. 81^{II}.
Si scitur finis, potes inde cavere ruinis.

V. 26: Hostia. V. 30: ipso. V. 38: peritura, doch ist per gestrichen und ru darüber gesetzt. V. 40: Eττε.

- No. 17. Wipo prov. 36: Qui falsitate vivit, animam occidit;
Ecbasis 1168: Mercatur mortem, qui fraudis diligit artem.
Egbert Fec. ratis I 413: Falsus testis, ait dominus, non ibit inultus.
- No. 18. Denkmäler⁸ XXVII. 230:
Tam mala res nulla, quin sit quod prosit in illa.
- No. 22. Vgl. Si prescirentur, que fata quibusque minentur,
Multa timerentur, que non timenda videntur.
- No. 23. = Bibl. de l'éc. des ch. 34 p. 42 mit dem fehlerhaften qui.
II. Cor. 9, 6: Qui parce seminat, parce et metet.
Bibl. de l'éc. des ch. 34 p. 42: Non metet ulla satis dextera parca satis.

24. Colligit ille parum, quem semen sentit avarum.
Si bona grana serit, commoda messis erit.
25. Mendicat mestus piger, et cum venerit estus, 45
Ni per frigus aret, commoditate caret.
26. Si quis de facili veniam sperat iuvenili
Commotus more, portandi fervet amore.
27. Justo vita datur fidei, si non tueatur
Hunc fidei meritum, tendit ad interitum. 50
28. Tunc bene servatur res publica, si teneatur
Non impunita malefactorum mala vita.
29. Si tu detineas iniuste res alienas,
Non minuit spacium temporis hoc vicium.
30. Dum tempus crescit, vicium decrescere nescit; 55
Nempe per emendam solum scit tollere mendam.
31. Numquam cor letum, numquam valet esse quietum,
Semper turbatur, nisi summa pace fruatur.
32. Non malus est usus in divitiis, sed abusus,
Cum laudis cupidus fit per eas tumidus. 60
Cum per eas turget, stimulus quem stematis urget.
33. Nec cavet hunc vermem, reperit quem vermis inermem.
34. Ut via sublimis te sursum ducat ab imis,
Ut numquam pereas, ad loca mortis eas;
Ut sis securus et post mortem cariturus 65
Morte mori satagas, fac bene quicquid agas.
35. Quere domum luctus, ut leticie tibi fructus
Sic acquirantur, cum tristia leta sequantur.
36. Est in querendo labor et timor in retinendo
Divicias, quarum subtractio turbat avarum. 70
37. Vir sapiens stabilis reperitur, nec puerilis
Motu censetur; stultus ceu luna movetur.

V. 44: seri[†]. V. 62: inhermem. V. 69: inq[†]rendo. V. 72: seu.

No. 24. Vgl. Prov. 20, 4:

Propter frigus piger arare noluit; mendicabit aestate et non dabitur ei.

No. 34. Egbert Fec. ratis I. 899:

Quicquid agas, semper vigila pro morte secunda.

No. 37. Vgl. Sirach 27, 12: Homo sanctus in sapientia manet sicut sol;
nam stultus sicut luna mutatur.

38. Non aurem claudit domino, sed a sedulusudit,
 Quem deus elegit et qui sine criminegi det.
 Audit verba dei, quisquis adheret ei. 75
39. Nemo loqui late presumat de deitate:
 Quod fari vereor, tucius esse reor.
40. Doctrinam veterum scruteris, ne tibi verum
 Vertas in vana, tractus novitate prophana.
41. Intus sive foris opibus prefertur amoris 80
 Utilitas, quarum gratia grata parum.
42. Quod facis aut loqueris iratus, quando moneris, fol. 81^{VI}.
 Hoc lex infirmat, nisi quod constantia firmat.
43. Unde reversa brevi nec divertisse videtur
 Uxor, nec tali facto culpanda tenetur. 85
44. Qui fieri plenus affectat, fiet egenus.
 Omnia qui querit, omnibus orbus erit.
45. Si modico panis reficit se venter inanis,
 Plus est gaudenti, quam fercula multa dolenti.
46. Promissum sceleris numquam complere teneris: 90
 Propositum mutes, turpe quod esse putes.
47. Si quicquam facere vis, consilium tibi quere,
 Ut careat vicio res rata consilio.
48. Cui preciosa caro, qui prefert vilia raro,
 Debilis et victus per carnem fit maledictus. 95
49. Si res illicitas defles, si grandia vitas;
 Ne levibus pereas, hoc tibi provideas!
50. Blanda deum sedat oratio, qui tibi se dat,
 Cum lacrimis pulsas; nec tunc paciere repulsas,
 Cum deus orando lenitur, cum lacrimando 100
 Cogitur; hunc coges, si lacrimando roges.
51. Archanum celi penetras sermone fideli;
 Sit licet ille brevis, durat tamen omnibus evis.

V. 93: rara.

No. 44,2 = Zeitschr. f. d. A. XI. p. 122 n. 69,3.

No. 46. Othloh: Grata deo dona fert, qui frangit mala vota.

52. In tenebris pergens et sic ad devia vergens,
Nescit quo vadit, unde ruendo cadit. 105
53. Si cecus ceco ducatum prebeat, equo
Judicio cecus intrat uterque specus.
54. Cecum plerumque, si sit ductor, sociumque
Quem ducit cecus suscipit una specus.
55. Cura frequens tangit languentem, quem dolor angit. 110
56. Perpes coctura non est sine perpete cura.
57. Quem dolor exagitat, curam cum corde maritat.
58. Irrita si loqueris, tunc de ratione teneris
Reddenda, quando iudex erit in trutinando.
59. Jugiter insistas operi Sathaneque resistas 115
Insidiis, ne te fallat mendace quiete.
60. Ut flammis unda, sic est elemosina munda
Obvia peccatis, si pure, si data gratis;
Si fiat vane donum, danti fit inane;
Non independenti confert, sed suscipienti. 120
61. Si ceco pedicas preponas, si maledicas
Surdo, non sequeris legem, nec eam revereris.
62. Sic vivat vivus, tamquam sit cras moriturus fol. 81^{vii}.
Et quasi victurus moriens discat studiosus.
63. Est via virtuti vicii via iuncta saluti. 125
Prebet iter virtutibus egressus viciorum.
64. Huic, qui temptatur, prodest, si non superatur;
Firmior efficitur, cum magis afficitur.

V. 104: si. V. 121: peditas. V. 123: Si.

No. 54. Matth. 15, 14: Caecus si caeco ducatum praestet, ambo in foveam cadunt. Hauréau, *Notices et Extr.* IV. 288:

Si cecus cecum presumat ducere secum,
In foveam ductor primus cadet, inde secutor.

Rom. Forsch. III p. 303 (Gott. 241):

Si cecus cecum conatur ducere secum,
ambo iure cadunt, quoniam sine lumine vadunt;

Amarcius Sext. III 881: In foveam ambo ruunt, si cecus eat duce ceco.

No. 61. Levit. 19, 14: Non maledices surdo, nec coram ceco ponas offendiculum.

No. 64. Arnulf Delicie cleri 538: Erumnosa virum purgat vexatio iustum.

65. Quod fornax auro, quod ferro lima, flagellum
 Quod confert grano, facit hec tribulatio iusto: 130
 Ut, cum limatur, ferrum nitet, igne probatur
 Aurum, sic iustum temptatio servat inustum.
66. Mors venit absque mora; nichil est incertius hora.
67. Nil magis est certum, nichil est quod tam sit ineptum
 Quam mors ventura; dubium quoque quando futura. 135
68. Cum sit difficile consueta relinquere, vile
 Postponas caro; bona fac semper, mala raro.
69. Corpora non pura si nutris, sunt nocitura:
 Ne corrumpantur, consultius attenuantur.
70. Quod cinis impurus fueris, quod sis rediturus 140
 In speciem cineris, in mente tenere teneris.
71. Quod sis de cinere, debes in mente tenere,
 Quodque reverteris in speciem cineris.
72. Nulli scire datur, bona vel mala si mereatur:
 Hinc homo turbatur, de quo semper dubitatur. 145
73. Nemo scit, utrum sit odio dignus vel amore:
 Hinc dolor, hinc hominum tabescunt corda timore.
74. Omnia de facili spernit, qui se moriturum
 Cogitat assidue, terram cineremque futurum;
 Hocque, necesse mori, prebet fomenta dolori. 150
75. Cum venit in fundum viciorum sive profundum
 Peccator, spernit, quia se succumbere cernit.
76. Nil melius pietate bonis et mente quieta:
 Cunctis precellit pietas, que tristia pellit.
77. Qui moritur mundo, vivit Christo, quia mundo 155
 Corde tenet Christum, qui mundum respuit istum.
78. Mors peccatorum mala, mors preciosa bonorum.
79. Nemo libens comedit, quod mortiferum sibi credit.

V. 151: in venit corr. zu venit in.

No. 65. Sirach II 5: in igne probatur aurum.

No. 67. Rom. Forsch. III 304 (Gott. n. 253):

Omnibus incertis nichil est incertius hora
 Mortis, morte nichil certius esse potest.

80. Cognatos mille numera; numerus tamen ille
Est precio modicus, ubi non numeratur amicus. 160
81. Exuritur sorde, qui puro crimina corde
Contritus retegit, que resecando tegit.
82. Si scelus ostendas, mundat confessio mendas.
83. Est viciis meta, quadrienti terna dieta.

C.

Nicht als ineditum, sondern nur als einen kleinen Beitrag zur Frage nach den Quellen der Spruchsammlung Othloh's lasse ich hier den Abdruck einer kurzen Zusammenstellung folgen, die der aus St. Gallen stammenden Hs. C 57/271 der Stadtbibliothek in Zürich entnommen ist. Der übrige Inhalt (meist Schriften des neuen Testaments) dieser aus dem XI. Jh. stammenden Hs. interessiert uns hier nicht; nach einigen wohl noch ungedruckten Stücken bilden den Schluss (fol. 211^{vII} und ein kleines Beiblättchen) die 38 alphabetisch geordneten Proverbia, die sämtlich in Othloh's Sammlung sich finden. Fol. 212 und 213 beschrieb eine wenig jüngere Hand in einer Kolumne in alphabetischer Reihenfolge mit je fünf meist prosaischen Sprüchen, die ebenfalls alle bei Othloh erscheinen. Es ist wohl als sicher anzunehmen, dass solche kurze Sammlungen dem Regensburger Mönch bei der Zusammenstellung seines umfangreichen Werkes vorlagen.

Incipiunt proverbia.

Ad dominum fugite, qui salvari cupiatis.
Actio virtutum constat perfectio morum.

Bella dei sancta querunt fortissima corda.
Blandus mansuetis sis, districtusque superbis.

Cum caput egrotat, corpus simul omne laborat. 5
Compatitur nulli, qui non sibi scit misereri.

De domino vix quod perfecta scientia sentit.
Divicię verę sunt virtutum bona queęque.

V. 164: Wie umfangreich diese Sammlung war, entzieht sich der Kenntnis, da mit fol. 81 ein neues Bruchstück (auch ohne Anfang) folgt, das zu der von Hauréau, Bibliothèque de l'éc. des ch. 45 (1884) 6—30 herausgegebenen *disputatio mundi et religionis* des Gui de la Marche gehört.

No. 82. Vgl. Arnulfus delicie cleri 114 (nach Prov. 28,13):
Efficitur faustus crebro peccamina fassus.

Eloquium sanctum preciosum fit super aurum.	
Est quasi vas vacuum, cui cura deest animarum.	10
Fructibus ex propriis arbor cognoscitur omnis.	
Finis precepti constat dilectio Christi.	
Gaudens in domino gustat suavissima mella.	
Grande scelus grandi studio debet superari.	
Herentes terrę nequeunt subdi theorię.	15
Heu! quam rara fides reperitur, nec apud omnes.	
Impia quęque studens nequit in Christo fore prudens.	
Invidię plenus super omnes extat egenus.	
Lux eterna piis, tenebrę sunt semper iniquis.	
Lumbos precingit, qui carnis vota restringit.	20
Magna quies animi vitare negotia mundi.	
Mors mala vincetur, si iugiter ante timetur.	
Non poterit dici, quam multa sit ars inimici.	
Ne tardare velis, si quem convertere possis.	
Oppositis rebus quę sint meliora videmus.	25
O quantis curis mens indiget omnibus horis.	
Peccans cottidie studeat se mox reparare.	
Preceps ad risum preceps quoque fertur ad iram.	
Quam tenebrosus amor, quo lucis spernitur auctor.	
Quem deus indurat, hunc nullus postea curat.	30
Rara fides homini tribuenda est, pro dolor! omni.	
Rex pius et iustus studet hoc quod dicitur esse.	
Si nequeas plures, vel te solummodo cures!	
Sepe bonum cupimus, quod mox nos nolle probamus.	
Tunc te lapsurum formida, cum ruit alter.	35
Terrenis inhians vix spiritualia credit.	
Utilitatis amor cito suadet, quid sit agendum.	
Ut lapis omnis homo, nisi mollis agatur ab alto.	